

Band VI., Nr. 1993, Seite 389-390

Ingram der ältere und der jüngere von Heidelberg schenken alle ihre Güter und Rechte in Brühl um ihres Seelenheils willen und zur Sühne von Verletzungen an das Kloster Maulbronn.

Ohne Ortsangabe, 1268. März 27.

Ego Ingramus senior et ego Ingramus iunior de Heydelberch notum facimus universis, quod omnia bona nostra atque iura nobis cedencia seu ad nos pertinencia in villa dicta Brül venerabili domino nostro abbati et conventui in Mulnbrunn pro remedio animarum nostrarum nec non in emendam offensarum violenciarum gravaminum a nobis ipsorum bonis seu hominibus illatorum consensu et bona voluntate domini feudi videlicet domini Cûnradi de Wissenloch dicti Wissenfry mediante possidenda de cetero iure proprietario pleno iure donavimus et assignavimus sub hac forma, ut dominus abbas et conventus in ipsorum monasterio lumen die noctuque arsurum perpetualiter de bonis ordinent sic collatis, equidem predicto domino Cûnrado curiam nostram sitam in Wybling, quam Heinricus dictus Swab inhabitat, que tunc ad nos iure proprietario pertinebat, resignavimus in recompensam, ipsam ab eo nomine feudi recipiendo. Ad hec sepedictus dominus Cunradus confitebatur fide data audientibus quam pluribus civibus in Heydelberch, antedicta bona nostra in Brül, que ab ipso nomine feudi tenebamus, nullum de fratribus seu consanguineis suis in aliquo attingere sed ad ipsum pure, principaliter, singulariter ac specialiter pertinere. Huius rei testes sunt: Arnoldus filius monialis, Burckhardus de Turri, Diemarus, Walramus, Reigerus de Domo lapidea, cives in Heydelberch, Blicherus de Steina¹, dominus Heinricus de Lichtenowe², Dietherus de Malbirn³, dominus Stolle sacerdos in Heydelberch. Ut autem hec a memoria hominum non recidant scripta presencium, sigillo reverendi patris H. episcopi Spirensis et domini Cunradi de Wissenloch dicti Wissenfry nec non civium in Heidelberg atque nostro volumus communiri.

 Datum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, proxima feria tertia post beate Virginis annuntiationem.

¹Neckarsteinach, Neckarsteinach, HP.

²Sehr wahrscheinlich doch Lichtenau (Burg), Nußloch, HD, W, gegenüber früheren Deutungen etwa als Lichtenau, Lichtenau, RA; vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. V, S. 387.

³Malbirn, unermittelt.

II

—

Nach dem *Liber Obligationum* des Stifts Speyer, Bd. 1, fol. XXXII b.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/449 fol. 32 v

Editionen:

Würdtwein: Subsidia diplomatica, Bd. 5, S. 325, Nr. 130.

Literatur:

Land Baden-Württemberg, Bd. V, S. 387.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altstadt Wohnplatz (5864)
 Altstadt, Heidelberg, HD
 Alt-
wiesloch Wohnplatz (6615)
 Altwiesloch, Wiesloch, HD
 Brühl
Wohnplatz (6271)
 Brühl, HD
 Malbirn
 Maulbronn Wohn-
platz (7043)
 Maulbronn, PF
 Neckarsteinach, HP
 Nuß-
loch HD
 Nußloch Gemeinde (6448)
 Wieblingen Wohnplatz
(5890)
 Wieblingen, Heidelberg, HD